

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Philosophia c
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Philosophia c:

Philosophi

eo dampnabilius colebant ydola quo illa que mendaciter agebant sic agerent ut cum populo ueraciter agere existimarentur.

Augustinus libro VI. de ciuitate Dei.

Fons proximus:

Unde Augustinus dicit contra Senecam, in VI *de Civ. Dei*, quod eo dampnabilius colebat idola, quo illa quae mendaciter agebat sic ageret ut cum populo ueraciter agere existimaretur.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 94.2 (P. Caramello ed., p.448).

Fons primus:

Sed iste, quem philosophi quasi liberum fecerunt, tamen, quia inlustris populi Romani senator erat, colebat quod reprehendebat, agebat quod arguebat, quod culpabat adorabat; quia uidelicet magnum aliquid eum philosophia docuerat, ne superstitiosus esset in mundo, sed propter leges ciuium moresque hominum non quidem ageret fingentem scaenicum in teatro, sed imitaretur in templo; eo dampnabilius, quo illa, quae mendaciter agebat, sic ageret, ut eum populus ueraciter agere existimaret; scaenicus autem ludendo potius delectaret, quam fallendo deciperet.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 6.10 (CCSL 47, B. Dombart ed., p.183, ll.84-94).